Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

namq; laqueos ignis. sulphur. & spiritus procellarum. pars calicis eorum. multos numerum dolores intulit. Sed quia ab his doloribus peccatores qui non corrigunt ad eterna supplicia uocantur. eosdem dolores non iam totum calicem sed partem calicis dixit. quia uidelicet eorum passio hic p dolores incepit. sed in ultione perpetua consummatur. De quorum adhuc fine subiungit. Erunt sicut paleæ ante faciem uenti. & sicut fauilla quam turbo dispergit. Iniquus cum in potestate conspicitur. cum ualde in oppressionibus. & uiolentiis efrenatur. ab infirmorum cogitationibus. gratuis numium. & quasi in hunc mundum radicitus estimatur. Sed cum dultrici iudicis sententia uenerit. omnis iniquus quasi paleæ ante uentum erunt. quia ut ita dicam ire flatu subito leuantur atq; portantur ad ignem. quos hic in suis quidam preiudiciis quasi duri ponderis supiacentem molam indigentium lacrimæ mouere non poterant. & ad rapientis iudicii manum leues sunt. qui p minutiam primus graues fuerunt. Et sicut fauilla quam turbo dispergit. ante omnipotentis dei oculos uniq; uita fauilla est. quia & si apparuit ad momentum uiuidis. ab eius tamen iudicio iam esumpta cernitur. quia consumptioni eternæ deputata est. Hanc fauillam turbo dispergit. quia dominus manifeste uenient. dominus nostr. & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit. & in circuitu eius tempestas ualida. Huius enim tempestatis turbine ab eterni conspectu iudicis rapiuntur iniqui. & qui hic mentem puerso desiderio solidauerant. ibi paleæ & fauilla uidebuntur. quia eos ad eterna supplicia turbo rapiens asportat. SEQVITVR. Dominus seruabit filius illius dolorem patris. & cum reddiderit tunc sciet. Scriptum nouimus. qui reddis iniquitatem patris in filios ac nepotibus in terciam & quartam pgeniem. Et rursum scriptum est. Quid est qd uobis parabolam uertitis in puerbium istud in terra israel dicentes. patres comederunt uuam acerbam. & dentes filiorum obstupescunt. Quo ego dicit dnus dominus. si ultra erit uobis parabola hæc in puerbium in israel. Ecce omnes meæ sunt. ut anima patris ita & anima filii mea est. anima quæ peccauerit. ipsa morietur. In utraq; hac sententia diuinissimus sensus inuenitur. auditoris animus ut discretionis uiam subtiliter requirat instruitur. Peccatum quippe originale a parentibus trahimus. & nisi p gratiam baptismatis soluamur. etiam parentum peccata portamus. quia unum uidelicet adhuc cum illis sumus. Reddit quoq; peccata patrum in filios. dum p culpa parentis ex originali peccato anima polluitur plus. Et rursum non reddit peccata parentum in filios. quia cum aboriginali peccato p baptismum liberamur.